



SVnno filius fuit Clodomeri principis Germa-
 norum, qui in eo loco prius confederant, ubi
 postea Marchia Brandenburgensis constituta fu-
 it. Hic post patrem princeps constitutus, eam regi-
 onem ædificijs excoluit, atque legibus exornauit.
 Nam in memoriam transitus Francorum ad Ode-
 ram fluuium Franckfordium condidit. deinde e-
 tiam ex suo nomine ad ostium Sueui fluminis ur-
 bem Sunnoniam extruxit, quæ nunc Sunda uoca-
 tur, anno Christi centesimo quinquagesimo. Itaq;
 is ob res egregie administratas æternam sui nomi-
 nis memoriã reliquit. Pari ratione postea Franck-
 fordium ad Mœnum anno septingentesimo septua-

gesimo quarto (cum Carolus Magnus rebus in Germania & Francia præse-
 le cœpisset) ob Francorum in Galliam profectiõnem edificatũ, & sic nomina-
 tum fuit. Ioan. Funck, in Chron.